Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

Quaestio 6ta

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

volti. Quaest. 8. utrum metus caet involtium simplr?

Quaestio 8ta

Utrum metus causet involuntarium simpliciter.

Notandum 1mo: metum quoque ita perturbare rationem ut eius usum penitus impediat, quo casu dubium non est, quin metus simplr caet volrium, haud secus ac accidentum, et ideo de tali metu non quaeritur hic.

Quaeritur de metu, qui non penitus tollit, sed relinquit usum rationis talem, qui sufficiat ad bene vel male moralr agendum; et dubitatur, an talis metus actionem reddat involtam magis quam voltam; vel, utrum omnis aliquid involtrii operationi a volte impetratae admisceat?

Notandum 2do magnum discrimen esse inter haec duo videlicet operari aliquid ex metu et cum metu; nam fieri aliquid ex metu indicat esse eam metum facientis illud opus, ut quae timor imminentis mali efficit, ut aliquid fiat, quod secluso timore non fieret: sic ex metu vitae perdendae mercator projicit merces in mare, quas alias maxime servatas vellet, nisi adesset metus. Fieri autem aliquid cum metu denotat metum se habere ad opus tantum concomitanter, aut esse eam difficultatis in operando; sic qui furatur cum metu, ne deprehendatur,

n' Deo fungatur, q' ad hoc adigatur ex metu, ad eoq' cãa cur fungitur. [metus n'e]

Notandum 3tio n' quaeri, utrum ipse actus timoris, sive metus sit involuntarius; hunc n' esse de lege simpliciter voluntarium esse patet ex eo, q' sit fuga mali, quod nequaquam e involuntarium: Sed quaeritur de actu aliquo, sive opere externo, q' voluntas imperat, & assumit tanquam medium ad effugiendum malum q' timetur.

Conclusio 1ma. metus causat aliquando affectum nullo modo involuntarium. Probatur. Eo e tum actus, aut opus aliquod ad volūte ex metu imperatum habet ad januam rationem involuntarij, quo illud opus secundum se habet adjunctam rationem alicuius mali, adversitatis aut molestiae, quae movet affectum ad tristitiam, & n' tm habet rationem boni in ordine ad vitandum aliquod malum; sic projectio mercium secundum se mala e mercatori, & tm bona e respectu periculi ad vitandam mortem: Sed aliquando contingit, ut opus ex metu a volte imperatum, n' habeat rationem malitiae, nec moveat affectum ad tristitiam; ergo tunc tale erit esse de lege nullo modo involuntarium. Major satis patet, minor probatur: quia saepe Viri Sancti ex metu incurrendae offensae divinae, poenae eternae, metu gehennae devitant societatem pravorum aut aliorum hominum perversorum, s'qz varia media applicant ad hos devitandos: atq' sapientissime tales fieri nullam appositam voluntatem habent, quae n' vellent vitare eorum societatem, si metus abesset, sed nec ullam in devitatione talium sentiunt tristitiam & consequenter nihil involuntarij sentiunt in eiusmodi societatis evitandis &c. Alia exempla praetereamus.

Conclusio 2da. metus causat regulariter et ordinarie hujusmodi effectum mixtum ex voluntario et involuntario. S. Th. hic. S. Damasc. Medina, Valen. et communis post Arist. hic Eth. c. 1mo.

Prob. 1mo ex S. Scriptura Matthæi 26. ait Christus tristis est anima mea usque ad mortem: et mox Pater si fieri potest, transeat a me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. ——— Prob. 1. conclusio hæc ex S. Scriptura Mat. 26.

Et Susanna apud Danielem capite 13, angustiæ sunt mihi undique, sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini. Ubi sacra Scriptura clare significatur, in Christo et Susanna fuisse aliquid contra, et aliquid secundum voluntatem, ideo propter metum.

Prob. 2do ratione effectus ex metu causatus ordinarie fit repugnante aliquo modo voluntate, ergo ex hac parte habet aliquid involuntarii. rursus ille effectus procedit saltem in pratica a voluntate, lege a principio intro cum cognitione circumstantiarum, ergo ex hac parte habet aliquid voluntarii, et consequenter est mixtus, ut videre est in allato exemplo de projectione mercium.

Conclusio 3tia effectus mixtus ex metu causatus est simpliciter voluntarius, involuntarius autem secundum quid. Ita post Arist. cit. S. Tho. hic, Scotistæ apud Bassolis dubio 3mo. Item canonistæ in c. merito 15 q. et jure civili lege si mulier digestis de eo, quod metus causa: Promissio metu facta censetur sufficienter voluntaria, et sata libere.

Prob. ratione: cum in duabus partibus, sive qualitatibus affectis, tum simpliciter et absolute denominatur ab illa parte, quæ illud afficit, magis præcipue aut magis tanquam fundamento afficit v. g.

Sicut propositio dicitur negans simpliciter albus secundum quid nimirum ad unum dentes: aliqui effectus ex metu causatus est magis praecipue, & sine additamento voluntarius, ergo absolute & simpliciter est dicendus voluntarius: Minor probatur, tum quia de metu volumus, eo volumus perfecto & efficaci cum ex volito inefficaci nullus sequatur effectus.

Et haec quoad primam partem conclusionis. Secunda pars, quod videlicet effectus sit involuntarius secundum quid, facile jam constat: si enim effectus, ex voluntario & involuntario mixtus, non est involuntarius absolute, certe debet esse involuntarius secundum quid.

Objicitur metus causat effectum voluntarium simpliciter, ergo non facit eundem secundum quid involuntarium: neque enim videtur posse fieri, ut idem sub eodem metus, per unum actum externum sit causare, sive inducere voluntarium & involuntarium.

Respondetur negando consequentiam: nam posse quidem fieri, ut eadem causalitate genere metus causet voluntarium & involuntarium, posse tamen fieri, ut id faciat diverso eodemque modo: nam metus causat voluntarium per se & reduplicative: involuntarium per accidens & specificative, hoc est: actum exteriorem voluntarium, qua voluntarium ille causat metus, ut omnis est actus, nisi metus adesset. eundem vero actum, qui est voluntarius, non obstante, quod sit secundum quid involuntarius, etiam causat metus, non tamen qua involuntarium: hoc enim habet ex affectu contrario, & repugnantia efficaci, quae cum actu ex metu facto conjungitur. Unde quamvis non per accidens est, si contingat projectionem mercium esse voluntariam, tamen per accidens est metui, quod eadem projectio habeat adjunctum aliquid involuntarii, eo quod voluntati est molesta & ingrata.

Conclusio tertia in gestis ex metu culpabiliter quoniam

idem metus non tollat rationem propriè dicti voluntarij, tamen eandem minuit, sicut & culpam minuit. ita communis D. Th. & Thomistarum

Metu facta peccata excusant culpam non à toto, sed à tanto. hoc est, gravius peccat ille, qui sine metu, quam qui ex metu peccat. ratio est: quia facta ex metu, movent ad commiserationem, quae sine metu facta potius ad indignationem moverent.

Arguitur ex S. Thoma effectus ex metu causatus non sit simpliciter voluntarius, qui sanctus secunda secundae, q. 142 art. 3. in corp. & ad 3tium dicit, ea quae facimus ex timiditate non esse simpliciter sed secundum quid voluntaria; idem dicit Aristoteles 3 Eth. ea ex nemine simpliciter sua sponte verum suarum jacturam facere, sicut facit mercator projiciens suas merces, ergo talis effectus ex metu causatus non est voluntarius, sed involuntarius simpliciter & absolute.

Resp. Sanctum Th. & Aristotelem voculam simpliciter aliter quam non accipere, hoc sensu v. g. quod projectio dicta non sit voluntaria secundum se spectata sive vel avulsa, aut abstracta re ipsa à cogitatione nostra à circumstantijs periculi mortis aut naufragij; non autem negant, eam esse voluntariam simpliciter hoc est propriè & absolutè, vel conjunctam cum circumstantijs praedictis, vel simpliciter, non vult, quod magis sit involuntarium quam voluntarium, sed tantum vult, quod ratione circumstantiarum adjunctarum sit voluntarium magis, quam secundum se & ratione sui: quia seclusis circumstantijs nullo modo ponerentur voluntarie in facto, quod omnem positis circumstantijs ex metu operamur.

Quaestio est, utrum concupiscentia causet involuntarium.

Quaestio Septima

Vtrum Concupiscentia causet involuntarium.